

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Homiliarius (Lectionarius) - Cod. Aug. perg. 16**

**[S.l.], [11. Jh.]**

In festiuitate sancti Michahelis archangeli

[urn:nbn:de:bsz:31-6697](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6697)

nisi filius & cui uoluerit filius reuelare: Erubescat eunomius tantam sibi noticiam patris & filii quantum alterutrum inter se habet uindicatis: Quod si inde contendit & suam consolatur insaniam quia sequitur. & cui uoluerit filius reuelare. Aliud est nature aequalitate nosse quod noueris. Aliud reuelantis dignatione.

Uenite ad me omnes qui laboratis & onerati estis: & ego reficiam uos: Graua onera esse peccati. & zacharias ppheta testatur: Iniquitatem dicens sedere super talentum plumbi: Et psalmista complorat. iniquitates meae aggrauate sunt super me: Uel certe eos qui iugo legis grauissimo premebantur. ad euangelium inuitat gratiam: Iugum enim meum suaue est. & onus meum leue est: Quomodo leuius lege euangelium. Cum in lege homi-

cidium. in euangelio ira damnatur.

Quaratione euangelii gratia facilius. cum lege adulterium. in euangelio concupiscentia puniatur. In lege multa precepta sunt. que apostolus non posse compleri plenissime docet. In lege opera requiruntur. quae qui fecerit uiuet in eis.

In euangelio uoluntas queritur. que si etiam effectum non habuerit. tamen premium non amittit. Euangelium ea precepit que possumus. nescilicet concupiscamus. Hoc in arbitrio nro est. Lex uero cum uoluntatem non puniat. punit effectum. Ne adulterium faciamus.

Finge in persecutione. aliquam uirginem prostitutam. haec cepit euangelium. quia uoluntate non peccat. uirgo suscipitur.

In lege. quasi corrupta repudiatur.

**I N F E S T I U I T A T E S C I  
M I C H A E L I S A R C H A N  
G E L I . A d p r i m a m s e d a m n .**

**A**NGELORUM  
 quippe & hominum  
 naturam ad cognos-  
 cendum se dñs con-  
 didit. Quam dū  
 consistere ad  
 aeternitate uoluit. eam p̄cul-  
 dubio ad suam similitudi-  
 nem creauit. Decem uero drag-  
 mas habuit mulier. quia nouē  
 sunt ordines angelorū. Sed ut  
 compleretur electorum nume-  
 rus. homo decimus est creatus.  
 Qui a conditore suo nec post cul-  
 pam perit. quia hunc aeter-  
 na sapientia per carnem mira-  
 culis coruscans. ex lumine teste  
 reparauit. Nouem uero ange-  
 lorū ordines **III** diximus. quia  
 uidelicet esse testante sacro elo-  
 quio scimus. Angelos. Archange-  
 los. uirtutes. potestates. princi-  
 patus. dominationes. thronos.  
 cherubim. atq. seraphim. Esse **II**:

namq. angelos & archangelos.  
 poene omnes sacri eloqui pa-  
 ginae testantur. Cherubim  
 uero atq. seraphim. saepe ut  
 notum est. libri prophetarum  
 loquuntur. Quatuor quoq.  
 ordinum nomina paulus a-  
 postolus ad ephesios enume-  
 rat dicens. Supra omnem prin-  
 cipatum. & potestate. & uirtu-  
 te. & dominationē. qui rur-  
 sus ad colosenses scribens ait.  
 Siue throni. siue dominatio-  
 nes. siue principatus. siue po-  
 testates. Dominationes uero.  
 principatus. ac potestates. iā  
 ad ephesios loquens descrip-  
 serit. sed ex quoq. colosensibus  
 dicturus praemisit thronos.  
 de quibus necdum quicquam  
 fuerit ephesius loquutus. Dum  
 ergo illis quatuor quae ad ephesios  
 dixit. id est principatibus.  
 potestatibus. uirtutibus. atq.

dominationibus coniungun-  
tur throni. quinq. sunt or-  
dines qui specialiter expri-  
muntur. Quibus dum an-  
geli & archangeli. cherubim  
atq. seraphim adiuncta sunt.  
peculdubio nouem esse ange-  
lorum ordines inueniuntur.  
Unde & ipsi angelo qui pri-  
mus est conditus. per prophete-  
tam dicitur. Tu signacu-  
lum similitudinis plenus  
sapientia. & perfectus deco-  
re. in deliciis paradisi dei fu-  
isti. Qui notandum quod  
non ad similitudinem dei  
factus. sed signaculum simili-  
tudinis dicitur. Ut quia  
in eo subtilior est natura.  
eo in illum imago dei simili-  
tus insinuetur expressa.

iiii.

Quo in loco mox subditur.  
Omnis lapis preciosus operi-  
mentum tuum. Sardius.

Topathius. et iaspis. Crisolitus.  
onix & berillus. Sapphirus.  
carbunculus. & smaragdus.  
Ecce nouem dixit nomina lapi-  
dum. quia perfecto nouem sunt  
ordines angelorum. Quibus ni-  
mirum ordinibus. ille primus  
angelus ideo ornatus & oper-  
tus exiit. quia dum cunc-  
tis agminibus angelorum pre-  
latus est. ex eorum compara-  
tione clarior fuit. Sed cur  
istos persistentium angelorum  
choros. enumerando perstrin-  
ximus. si non eorum quoque mi-  
nistria subtiliter exprima-  
mus. Greca & enim lingua  
angeli nuntii. Archangeli  
uero summi nuntii uocantur.

v. Sciendum quoque quod an-  
gelorum uocabulum. nomen  
est officii. non naturae. Na-  
sci illi caelestis patriae spiritus.  
semper quidem sunt spiritus.

sed semper uocari angeli ne  
 quaquam possunt. Quia  
 tunc solum sunt angeli.  
 cum per eos aliqua nunti  
 ant. Unde & per psalmis  
 tam dicitur. Qui facit an  
 gelos suos sp̄s. Ac si pa  
 tenter dicat. Quia eos  
 quos semper habet sp̄s &  
 am cum uoluerit angelos  
 facit. hi autē qui minima  
 nuntiant angeli. qui ue  
 ro summa adnuntiant  
 archangeli uocantur.  
 hinc est quod ad mariam  
 uirginē non quilibet an  
 gelus sed gabriel archan  
 gelus mittitur. Ad hoc  
 quippe ministerium sum  
 mum angelum uenire di  
 gnum fuerat. qui summū  
 omniū nuntiabat. Qui  
 idcirco & iam priuatis no  
 minibus censentur. ut sig

netur per uocabula. & iam  
 in operatione quid ualeant.  
 Neque enim in illa sc̄a ciui  
 tate. quam de uisione om  
 nipotentis di plena scien  
 tia perfectit. Idcirco pro  
 pria nomina sortiunt. ne  
 eorum personae sine no  
 minibus sciri non possint.  
 sed cum ad nos aliquid mi  
 nistraturi ueniunt. apud  
 nos & iam nomina a mini  
 steris trahunt. Michael  
 namq. qui sicut d̄s. Gabri  
 el aut. fortitudo di. Rapha  
 el uero dicitur medicina di.  
 Et quoties mirae uisitis ali  
 quid agitur. michael mit  
 ti perhibetur. Ut ex ipso  
 actu & nomine detur in  
 tellegi. quia nullus potest  
 facere. quod facere praeva  
 let d̄s. Unde & ille antiquus  
 hostis. qui esse d̄o per super

biam similis concupiuit di-  
cent. In caelum conscenda.  
supra astra caeli exaltabo  
solum meum. sedebo in  
monte testamenti in late-  
ribus aquilonis. ascendam  
sup altitudine nubium si-  
milis ero altissimo. dum  
in finem mundi in sua uir-  
tute relinquetur. Extremo  
supplicio perimendus. cu  
michael archangelo proe-  
uaturus esse prohibetur. sic  
pro iohanne dicitur. Factu  
est proelium cum michael  
archangelo. Ut qui se ad di-  
similitudinem superbus ex-  
tulerat. pro michaellem perem-  
ptus. discat. quia ad di-  
similitudinem pro superbiam nullus  
ocurgat. Ad maria quoq;  
gabriel mittitur. qui di-  
fortitudo nominatur. Illum qui  
pe nuntiare ueniebat. qui ad

debellandas aeras potestates.  
humilis apparere dignatus est.  
De quo per psalmistam dicitur.  
Tollite portas principes uiri-  
& eleuamini portae aeter-  
nales. et introibit rex glorie.  
Quis est iste rex glorie. dñs for-  
tis & potens. dñs potens in pro-  
elio. Et rursus dñs iustitum.  
VIII. ipse est rex glorie. Per di-  
ergo fortitudine nuntiandus  
erat. qui iustitum dñs & po-  
tens in proelio. ad debellandas  
potestates aeras ueniebat.  
Raphael quoq; interpretatur  
ut diximus medicina di. quia  
uidelicet dum tibi oculos  
quasi pro officium curationis te-  
tigit. caecitatis eius tenebras  
terst. Qui ergo ad curandu  
mittitur. dignum uidelicet fu-  
it. ut di medicina uocaretur.  
Sed quia angelorum nomina  
interpretando prostrinximus

nunc super est ut ipsa officiorum uocabula breuiter exsequamur. Virtutes & enim uocantur illi nimirum spiritus per quos signa et miracula frequentius fiunt. Potestates etiam uocantur. hi qui hoc potentius ceteris in suo ordine preceperunt. ut eorum ditioni uirtutes aduersae subiectae sint. quorum potestate resistuntur. necorda hominum tantum temptare preualeant. quantum uolunt. Principatus etiam uocantur. qui ipsis quoque bonis angelorum spiritibus praesunt. qui subiectis aliis dum quaeque sunt agenda disponunt. eis ad explenda diuina ministeria principantur. Dominationes autem uocantur. qui & iam potestates principatum dissimilitudine alta trans-

cedunt. Nam principari est inter reliquos prior existere. Dominari uero est. & iam subiectos quosque possidere. Ea ergo angelorum agmina quae mira potentia praeminent. pro eo quod eis cetera ad obediendum subiecta sunt. dominationes uocantur. Throni quoque illa agmina sunt uocata. quibus ad exercendum iudicium semper deus omnipotens praesidet. Quia enim thronos latino eloquio sedes dicimus. throni dei dicti sunt. hi qui tanta diuinitatis gratia replentur. ut in eis deus sedeat. & per eos sua iudicia decernat. Unde & per psalmistam dicitur. Sedes super thronum qui iudicabit aequitatem. Cherubim quoque plenitudo scientiae dicitur. Et subli-

miora illa agmina. idcirco  
cherubim uocata sunt. quia  
tanto perfectioni scientia ple  
na sunt. quanto claritate  
di uicinius contemplantur.  
Ut secundum creaturae mo  
dum. eo plene omnia sci  
ant. quo uisioni condito  
ris sui per meritum dignita  
tis adpropinquant. Seraphi  
etiam uocantur illa agmina  
sanctorum spirituum. quae ex  
singulari propinquitate con  
ditoris sui. incomparabili  
ardent amore. Seraphim  
namque ardentes uel incen  
dentes uocantur. Quae quia  
ita deo coniuncta sunt ut  
inter haec & deum nulli alii  
spiritus intersunt. tanto magis  
ardent quanto hunc uici  
nius uident. Quorum per  
fecto flamma amor est.  
Quia quo subtilius claritate

diuinitatis eius aspiciunt.  
eo ualidius in eius amore fla  
mescunt. Sed quid prodest  
nos de angelicis spiritibus  
ista perstringere. si non stude  
amus haec & iam ad nos pro  
uectus congrua considera  
tione deriuare. Quia enim  
superna illa ciuitas ex ange  
lis & hominibus constat. ad  
quam tantum credimus hu  
manum genus ascendere.  
quantos illic contigit elec  
tos angelos remansisse. Sicut  
scriptum est. Statuit termi  
nos gentium. secundum nu  
merum angelorum dei. Debe  
mus & nos aliquid ex illis di  
stinctionibus supernorum  
ciuium ad usum nostrae con  
uersationis trahere. nosque  
ipsos ad incrementa uirtu  
tum bonis studiis inflamma  
re. Quia enim tanta illic

ascensura creditur multitu-  
do hominum. quanta multi-  
tudo remansit angelorum su-  
per est ut ipsi quoque homines  
qui ad caelestem patriam re-  
deunt. ex eis agminibus ali-

**I**NCIPIT DE TRANSLATIONE  
CORPORIS SCI BENEDI-  
CTI ABBATIS

**C**UM DIU  
gens lan-  
gobardorum  
infidelita-  
tis suae tene-  
bris carere noluisset. & iu-  
gum domini ferre detrectans.  
eos qui ferebant impugnare  
decreuisset. italiam uenit  
nominis christiani impugnan-  
di gratia. & suo eam domi-  
nio subiugandi. Cuius in-  
colas. occulto dei iudicio. eius

mucroni tradidit ferendos.  
Quae gens longe lateque. sue  
caedis extendens crudelita-  
tem. beneuentanam aggressa  
est expugnare puincia.  
Cuius urbes terrae coaequans.  
monasteria uillasque. popu-  
lans. non minimas christiano-  
rum strages dedit. Oues enim  
dominicas ab ouilibus ex-  
clusas. diuersa caede lace-  
rans. ouilia domini euertebat.  
ita ut inheremi uastitate.  
loca prius desiderabilia con-  
uersa uiderentur. Unde  
inter cetera facinora sua.  
monasterium eximii pa-  
tris benedicti depopulans.  
rebus omnibus orbatum.  
inhabitabile reddidit. Quod  
quomodo accidit. legen-  
ti beati gregori secundum  
dialogorum librum. clarum est  
Qui omnia huius scissimi